



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 25. Oratores Saxonici apud Cæsaris Ministros.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

Sæcul. XVI. guntinam ditionem eruperunt, delata  
 A.C. 1552. mihi sunt quidem multorum querimonia,  
 ac solliciti sunt ordines quidam, ne pro-  
 motis castris majorem illæ calamitatem  
 faciant, sed postea intellexi, propter non  
 soluta stipendia, concursum, atque vim  
 ab illis fieri, missis legatis, atque pre-  
 fectis mandavi, darent operam, ut as-  
 militare quocunque modo conflata pecunia,  
 illis persolveretur, nec id modo, sed ad  
 Mauritium quoque datis literis, pro ea  
 pecunia, quæ deberetur, fidem ei meam  
 obstrinxii, modo miles dimitteretur, &  
 id quidem feci, non quod tenerer, sed quia  
*Germaniæ tranquillitatem in primis anno.*

Interim ego pro republica diligenter  
 excubabo, & quantum ingenio possum,  
 atque facultatibus, conabor, ut incen-  
 dium tempestive restinguatur, ac civili-  
 bus malis oppressis, & auctis viribus,  
 externum bellum eo facilius defendi pos-  
 sit, vobisque liceat, finibus vestris paci-  
 tis, & recuperata tranquillitate, rei-  
 publicæ Christianæ negotiis omnino va-  
 care.

### §. XXV.

*Oratores Saxonici apud Cæsarîs  
 Ministros.*

*Sleid. l. c.*

Tertio post adventum die Mauriti E-  
 lectoris Oratores cum Caroli V. Le-  
 gatis

gatis agere cœperunt, eisque sua man- **Sæcul. XVI.**  
data, agendique facultates exhibue- **A.C. 1552.**  
runt. His quoque sese Wirtembergens-  
sis, aliarumque Protestantium Ur-  
bium Deputati adjungebant, unitisque  
viribus communem caussam agere de-  
cernebant: eorum tamen nullus Car-  
dinalem Legatum, aut duos Papæ Nuntios  
salutatum ibat, verebantur enim, ne  
hoc obsequio supremam auctoritatem,  
quam Pontificem sibi in Synodum ar-  
rogare perperam asserebant, agnovisse  
crederentur; quapropter statim Cæ-  
sar's Ministros conveniebant, rati-  
quod duntaxat horum, atque Electo-  
rum Ecclesiasticorum opera, nec non  
ministerio Tridentini Cardinalis S. R.  
Imperii Principis, ac Saxoniæ Electo-  
ri eorum Domino carissimi res esset per-  
ficienda: Igitur sui Principis nomine  
Caroli Ministris declarabant, quod Sa-  
xoniæ Elector Religionis dissidia tan-  
dem dirimi percuperet, hancque in  
rem non minus, ac ceteri Protestantium  
Principes, paratus esset suos ablegare  
Theologos, Virosque idoneos, atque  
ad reddendam Ecclesiæ pacem propen-  
sos, dummodo ipsis eo modo, quo o-  
lim Basileensibus, caveretur.